# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome A.
## Fascicule 15.
Pages [519]-[558].

## In commemoratione sancti Thome Cantuariensis archiepiscopi.
## Translatio et comm. sancti Cedde.
## In festo yconie Salvatoris.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2012.
Revised October 2012, June 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2012.

# ℂ *In commemoratione sancti Thome Cantuariensis archiepiscopi.*[1]

## [*Ad vesperas.*

*Ant.* Iste sanctus. [679].
*Cap.* Omnis póntifex. [729].
*Hymnus.* Martyr Dei. [685].
*Versiculus.* Glória et honóre. [687].
*Ant.* Pastor cesus. 440.
*Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.*

Deus pro cujus ecclésia gloriósus póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : presta quésumus ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónis sue salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

*Memoria de aliquo sancto si habeatur.*

## ℂ *Ad matutinas.*

Port 1556-C:82v; AS:72; 1519:85r; 1531:40r.[2]

Invit. II.




100030.

*Hymnus.* Martyr Dei. [685].
*Ant.* Summo sacerdótio. 446.
*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

*et prout in vestis ejusdem natalis Domini : et tranlsationis ejusdem sunt notata.*
℣. Glória et honóre.][3] [687].

*Lectio prima.*

DOrmiénte cum pátribus suis in senectúte bona felícis memórie Theobáldo archiepíscopo, Thomas Cantuariénsis ecclésie archidiáconus in archiepíscopum et primátem totíus Anglie, in nómine Sancte Trinitátis solénniter elígitur : et póstmodum consecrátur. Inerat autem piis méntibus spes firma, et fidúcia in Dómino : quod idem consecrátus utriúsque hóminis hábitu mutáto, móribus meliorátus presíderet. Probatíssimum síquidem tenebátur sedem illam sedem sanctórum esse, sanctum recípere vel sanctum fácere, vel cítius et fácile indígnum abícere quod et in beáto Thoma mártyre probátum est. Tu autem.

1519:85v; 1531:40r; 1531-P:59r.[4]

602260. 1. Resp. I.












602260a.




*Lectio secunda.*

ELéctus ígitur sanctus Dei póntifex sacréque unctiónis sanctificatióne delibútus, e vestígio rem sacraménti est adéptus : et multíplici spíritus sancti grátia replétus. Ambulans in novitáte vite, novus homo mutátus est in virum álium : cujus ómnia in mélius convérsa sunt. In tantáque grátia sacrávit sui presulátus primórdia : ut indútus sed clánculo monachále scemáte, monáchi adimpléret opus et méritum. Tu autem.

Port-1556-C:82v; 1519:85v; 1531-P:59r; 1531:40v.[6]

2. Resp. II.




602324.



ti- a, Spernit dam- na sper-nit oppró- bri- a. †Nul-la



Tho- mam fran- git injú- ri- a.



[*In tempore paschali* Al-le- lú- ya. ][7]



602324a.

℣. Cla- mat cunctis Tho-me constán-ci- a : Omne so-



lum est for-ti pá-tri- a. †Nul-la.

*Lectio tertia.*

ET qui exémplo Baptíste cum constántia, justície zelum perfécte concéperat in corde, parificári quoque ei stúduit in veste peniténtie. Rejécta namque syndóne qua hác-tenus dum móllia regum blandirétur uti consuéverat : cilício aspérrimo super nudum vestiebátur. Addidit étiam femorália cilícina, ut ártius carnem mortificáret, et spíritum vivificáret. Hec autem sicut et ália spirituális vite exercítia, superindútus áliis véstibus paucis ádmodum cónsciis, óculis et notície hóminum eximébat : quia non ab hómine, sed a Deo glóriam querébat. Obiit quoque sanctus Thomas verus Dei cultor a século migrans celo natus, quarto kaléndas Januárii, anno Dómini millésmo centésimo septuagésimo primo. Anno vero etátis sue quinquagésimo : ad laudem et glóriam Dei : cui est honor et glória, per infiníta sécula seculórum amen.

Port-1556-C:82v; SP:15v; 1519:83v; 1531-P:59r; 1531:39v.[8]






[*Dicitur* Te Deum laudámus. *nisi a septuagesimam usque ad pascha.*] [41].

¶ *In laudibus una tantum antiphona. Cetera omnia ut in festo.*[10] 458.

[*Ad primam super psalmum* Quicúnque. *que erit* Te jure laudant. [99].

## [¶ *In tempore psachali.*]

*Tamen in tempore paschali quando de hac commemoratione sancti Thome fit servitium.*

## *Ad vesperas.*

*Super psalmos ant.* Lux perpétua. *minor.* [616].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Omis póntifex. [729].

*Hymnus.* Martyr Dei qui unicum. [685].

*In fine hymni dicitur* [℣.] Quésumus tibi Dómine qui surrexísti. [et ℣. Glória tibi Dómine qui surrexísti.]

℣. Tristícia vestra. [633].

*Ant.* Paster cesus. *et finiatur cum* Allelúya. 440.

*Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.* Deus pro cujus. [519].

*Completorium de temporali non mutatur.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Assunt[11] Thome. *et finiatur cum* Allelúya. [519].

*Ps.* Veníte. 7*.

*Hymnus.* Martyr Dei. [685].

*Super psalmos dicitur hec sola antiphona* Summo sacerdótio. *et finatur cum* Allelúya. 446.

*Psalmi* Beátus vir. (*j.*) [12]. Quare fremuérunt. (*ij.*) [12]. Dómine quid multplicáti. (*iij.*) [13].

℣. Tristicia vestra. [633].

*Hi predicti psalmi cum predicta ant. et ℣. dicuntur quotienscunque de hac commemoratione tempore pascha dicitur. Et non dicuntur alii psalmi nec alia antiphona, nec alius versiculum.*

*Lectiones et ℟. sicut prius.* [518].

## *Ante laudes.*

℣. Vox letície. [623].

## *In laudibus.*

*Hec sola ant.* Granum cadit. *et finiatur cum* Allelúya. 462.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [*&c.*] [45].

*Cap.* Omnis póntifex. [729].

*Hymnus.* Deus tuórum mílitum. [720]. *In fine dicitur* [℣.] Quésumus auctor. et [℣.] Glória tibi Dómine qui surrexísti.

℣. Gaudéte. [628].

*Ant.* Opem nobis. *et finiatur cum* Allelúya. 464.

*Ps.* Benedíctus. 63*.

*Oratio ut supra.* [519].

*Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut supra dictum est, preter ℟. et ℣. ad tertiam, sextam et nonam que erunt de communi unius martyris, sive pontificis paschalis temporis : ita tamen quod omnes antiphone super primam : et alias horas finiatur com* Allelúya.][12]

# [*Translatio sancti Cedde.*]



ℭ *Translatio sancti Cedde non Sarum*[13] *semper celebratur in dominica proxima ante festum ascensionis Domini : et fiat servitium hoc modo.*[14]

## *Ad primas vesperas.*

*Antiphona.* Germanórum. {346}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Ecce sacérdos. [791].

℟. O pastor. *absque Prosa.*[15] {348}.

*Hymnus.* Iste conféssor. [792].

℣. Tristícia vestra. [633].

*Ant.* Sis pro nobis.[16] {349}.

*Ps.* Magníficat. 64*.

*Oratio.*

DEus qui nobis translatiónem beáte Cedde confessóris tui atque pontíficis celebráre concédis, te súpplices exorámus : ut ejus méritia et précibus, a víciis ad virtútes, et a cárcere transferámur ad regnum. Per Dóminum nostrum.

ℭ *Memoria de sancto si habeatur sub silentio : nisi duplex festum fuerit. Deinde de Dominica.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* In qua vigent. {351}.

*Deinde dicuntur tres antiphone cum tribus psalmis primi nocturni.*

*Lectio prima.*

℄ *Evangelium Secundum Johannem xv.* (1.)

IN illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis, Ego sum vitis vera : et Pater meus agrícola est. Et réliqua.

*Sermo ex commentario beati Augustini episcopi.*[17]

ISte locus evangélicus fratres ubi se dicit Dóminus vitem, et
[*59v.*] discípulos suos pálmites : secúndum hoc dicit quod est caput ecclésie : nosque membra ejus mediátor Dei et hóminum homo Christus Jesus. Uníus quippe natúre sunt vitis et pálmites. Propter quod cum esset Deus, cujus natúre non sumus : factus est homo ut in illo esset vitis humána natúra, cujus et nos hómines pálmites esse póssimus. Quid est ergo, Ego sum vitis vera ? Ab illa útique discérnitur : cui dícitur, Quómodo conversa es in amaritúdinem vitis aliéne ? Nam quo pacto est vitis vera : que expectáta est ut fáceret uvam, fecit autem spinas ?

℟. Hunc quem. {354}.

*Lectio secunda.*

EGo sum inquit vitis vera : et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum : et omnem qui fert fructum, purgábit eum ut fructum plus áfferat. Nunquid unum sunt agrícola et vitis ? Secúndum hoc ergo vitis Christus, secúndum quod ait : Pater major me est. Secúndum autem id quod ait, Ego et Pater unum sumus et ipse agrícola est. Nec est talis quales sunt qui extrínsecus operándo exhíbent ministérium : sed talis ut det étiam intrínsecus increméntum. Nam neque qui plantat est áliquid, neque qui rigat : sed qui increméntum dat Deus. Et útique Deus est Christus, quia Deus erat Verbum : unde et ipse et Pater unum sunt. Et si Verbum caro factum est : quod non erat : manet quod erat.

℟. Hic legáti. {355}.

*Lectio iij.*

DEnique cum de Patre tanquam de agrícola dixísset quod infructuósos pálmites tollat, fructuósos autem purget : ut fructum plus áfferant : contínuo étiam seípsum mundatórem pálmitum osténdens, jam vos inquit mundi estis propter sermónem quem locútus sum vobis. Ecce et ipse mundátor est pálmitum : quod est agrícole non vitis offícium. Qui étiam pálmites operários suos facit. Nam etsi non dant increméntum : impéndent tamen áliquod adjuméntum. Sed non de suo : quia sine me nichil potéstis fácere. Audi étiam ipsos confiténtes. Quid est Apóllo ? Quid autem Paulus ? Minístri per quos credidístis, et unicuíque sicut Dóminus dedit. Ego plantávi, Apóllo rigávit : et hoc ergo sicut unicuíque Dóminus dedit. Non ítaque de suo. Jam vero quod séquitur, sed Deus increméntum dedit : non per illos, sed per seípsum facit. Excédit hoc humánam humilitátem, excédit angélicam sublimitátem, nec omníno pértinet nisi agrícolam Trinitátem.

℟. Pie pastor : *absque Prosa.*[18] {370}.
℣. Ora pro nobis. [530].

*In laudibus ant.* Claustri clausus. {371}. *et cetere antiphone. Capitulum ut supra.* [524]. *Hymnus* Jesu Redémptor. [825]. ℣. Gaudéte justi. [628]. *Ant.* Presul pie. {374}. *Require hec omnia in festo sancti Cedde. Ps.* Benedíctus. [56]. *Oratio ut supra.* [524].

*Memoria de dominica et de resurrectione sub silentio.*

*Ad primam et ad alias horas antiphone et capitulum sicut in alio festo cum ℟. de communi paschalis temporis et oratio.* Deus qui nobis. [524].

*Ad secundas vesperas ant.* Claustri. {371}. *Psalmi feriales. Capitulum ut supra.* ℟. Pie pastor. {370}. *Hymnus* Jesu Redémptor. [825]. ℣. Gaudéte justi. [628]. *Ant.* Sis pro nobis. {349}. *Ps.* Magníficat. 64. *Oratio.* Deus qui nobis. *ut supra.* [524].

# In commemoratione sancti Cedde.[19]

## Ad vesperas.

*Ant.* Germanórum. {346}.
*Psalmi feriales.*
*Capitulum.* Ecce sacérdos. [791].
*Hymnus.* Iste Conféssor. [798].
℣. Amávit eum. [800].
*Ant.* Sis pro nobis. {349}.
*Ps.* Magníficat. 64*.
*Oratio.* Deus qui sanctorum. {351}.

## Ad matutinas.

*Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi ut in die.* {351}.

*Lectio j.*

TEmpóribus ígitur Oswy Northanhimbrórum regis fratris scílicet et in regnum successóris illíus Christianíssimi regis Oswáldi : vir Dómini Cedda in Lindifernénsi ínsula in loco qui Lestíngay dícitur in monastério beáte Maríe monachícam vitam juxta sanctórum patrum institutiónem agébat. Tu autem.

℟. Hunc quem. {354}.

*Lectio ij.*

HUjus namque administratiónis ecclésie a fratre suo Ced orientálium Anglórum antístite digníssimo, et éjusdem monastérii rectóre piíssimo, inníbi de mundo transeúnte curam suscepérat. Tu autem.

℟. Hic legáti. {355}.

*Lectio tertia.*

FUére síquidem quáttuor germáni fratres Ced, et Cínibil, Chelim, et Cedda (quod raro invénitur) omnes sacerdótes Dómini fuére preclári : et duo ex eis étiam summi sacerdótii gradu functi sunt. Tu autem.

℟. De quo. {356}.
℣. Ora pro nobis. [529].

## *In laudibus.*

*Ant.* Claustri clausus. {371}.
*Capitulum.* Ecco sacérdos magnus. [791].
*Hymnus.* Jesu Redémptor. [828].
℣. Justus germinábit. [723].
*Ant.* Presul pie. {374}.
*Ps.* Benedíctus. [56].

*Ad primam et ad alias horas ut in die.*

[*60r.*] *He sequentes antiphone dicantur ad memoriam in ferialibus diebus.*

*Ad Vesperas.*

F-Pn lat. 12044: 38v; F-Pn lat. 15181: 369v, 520r; 1531-P:60r.[20]

4718.



*Ad matutinas.*

WOR:294; 1531-P:60r.[21]

4717.





℣. Ora pro nobis beáte Cedda.
[℟.] Ut digni efficiámur [promissiónibus Christi].

*Oratio.*

DEus qui beáto Cedde confessóri tuo atque pontífici tránsitus sui diem angelórum voce revelásti : da nobis quésumus, méritis ejus et précibus ipsórum in presénti consolatiónem : et in futúro societátem. Per Dóminum.

# ⸿ *In festo yconie Domini Salvatoris.*[22]

## *Ad vesperas.*

1531-P:60r.

[1.] *Ant.* Dedicatiónem Salvatóris

hódie celebrémus : cuncta qui gubérnat protégit et réfovet.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. *cum reliquis : in fine* Laudáte Dóminum omnes gentes. (*cxvj.*) [320].

1531-P:60r.

[2.] *Ant.* Dulcisóno cármine personémus cánticum

ipsum collaudántes qui regnat in sécula.

1531-P:60r.

[3.] *Ant.* Multa post supplícia resurréxit tértia

valde mane lúcida die in domínica.

1531-P:60r.

[4.] *Ant.* Synagógam réprobam Judaicámque

perfídiam plebis sibi gémini adoptávit fílios.

1531-P:60r.

[5.] *Ant.* Fructus ligni pérdidit genus hujus séculi :

per ipsum vero Dóminus recuperávit pérditos.

*Capitulum ad Rom. xj.* (33.)

O altitúdo divitiárum sapiéntie et sciéntie Dei : quam incomprehesibília sunt judícia ejus, et investigábiles vie ejus. [℟.] Deo grátias.

1531-P:60r.

*Hymnus.* Nos ymágo Trinitátis, Venerémur Fílium :

Qui ymágo Dei Patris, Mortis tulit tédium :

Qua redémpti pravitátis, Fúgimus exílium.

2. Salva nos Christe Salvátor, Virtúte mirífica,

Quos creásti orbis auctor, Ut lege política

Convivámus expectántes, Múnera magnífica.

3. Tui sumus tuum plasma, Tu refórma pérdita,

Renes nostros qui scrutáris, Et cordis abscóndita :

Prémium te nostrum scimus, Intra celi ábdita.

4. Tuum est o Jesu bone, Salváre per grátiam :

Qui salútis tenes nomen, Per mundánam máchinam :

Si non salvas nos perímus, Nec sperámus véniam.

5. Glória et honor Deo, Usquequo altíssimo. [. . .

. . . Amen.]

℣. Hoc signum crucis erit in celo.

℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

*Ad* Magníficat.

1531-P:60r.

*Ant.* Salvatóris acta celebrémus

hódie fratres : magna cum letítia ipsum

adorémus Regem regum Dóminum. [*Ps.* Magníficat. [360].]

*Oratio.*

Majestátem tuam clemens et omnípotens Deus fusis précibus exorámus : ut sicut passiónem ymáginis Dómini Salvatóris cuncta devotióne hodiérna die fidéliter recólimus : ita a cunctis erépti demónum adversitátibus semper tibi placére valeámus. Per éundem.

## *Ad matutinas.*

1531-P:60r.

*Invit.* Salvatóris májestas mundum omnem sanctíficat.

Veníte adorémus. *Ps.* Veníte exultémus. [2].

1531:111r; 1531-P:60r.

*Hymn.* Pange lingua gloriósi Prélium certáminis :

Innovátum in figúra Jam sculpte ymáginis Quam af-

flíxit vir Judéus Turpis auctor críminis. 2. Sanguis fluxit

de figúra, Cunctis cruor cláruit : Nec Judéo est cul

túra Virtútis et núminis : Quem cecárat synagóga

detestánda síngulis. 3. Fides nostra roborátur : Pro tanto

miráculo, Et Judéa est confúsa Pravitátis méri-

to : Spes augétur Christiána Pro tanto oráculo.

4. Glória et honor Deo Usquequo altissimo, [Una

Patri Filióque Inclyto Paráclito : Cui laus est et

potéstas Per etérna sécula. Amen.]

## ◖ *In primo nocturno.*

1531-P:60r.

[1.] *Ant.* Acta Salvatóris reverénter hódie magna

cum letícia nova recolámus atque salutífera.

*Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

1531-P:60r.

[2.] *Ant.* Innúmeris immensísque modis salváre píetas

auctóris humánum dispósuit genus.

*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

1531-P:60r.

204165.

[3.] *Ant.* Quidam Christiánus in Hiérico civitáte

accépit céllulam a quodam Judéo : in qua hábitans

ymáginem sancti Salvatóris in conspéctu lecti sui fixit.

*Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

℣. Hoc signum. [533].

*Lectio prima.*

LEváte óculos sensus vestri et vidéte hanc novam admiratiónem que facta est nunc ac infiníta mirácula Dei : et date ei glóriam. Conspícite ineffábilem humanitátem ac magnitúdinem ordinatiónis ejus : et lamentatiónes cum letícia assúmite. In Deo quidem nichil extrémum est : quia Deus noster ómnia potest. Hec in diébus nostris et circa nos facta sunt : obstupéscet omne cor audiéntium.

1531-P:60r.

1. ℟. Májestas Salvatóris cuncta

gubérnat creáta simul.

†Quam laudémus páriter dicéntes :

Benedícta sit ubíque séculi per témpora.

℣. Hódie res insensíbilis géntibus

minístrat honórem.

†Quam laudémus páriter dicéntes.

*Lectio secunda.*

EST cívitas que vocátur Béritus, adjácens inter términos Tyri et
[60v.] Sydónis : prebens tríbutum in Anthióchiam. In hac ígitur civitáte, multum vulgus erat Judeórum. Juxta synagógam enim eórum que magna erat valde : accépit quidam Christiánus céllulam a quodam in pensiónem in qua hábitans fixit ymáginem Dómini nostri Jesu Christi in conspéctu lecti sui que parvíssima erat : sed totam habébat imáginem Dómini nostri Jesu Christi.

1531-P:60v.

2. ℟. Mira valde Salvatóris acta

reverénter memoráre jocúndum est.

†Nova quidem atque salutífera.

℣. Innúmeris autem modis píetas

supérna humánum redímere dispósuit genus.

†Nova.

*Lectio tertia.*

QUesívit autem Christiánus fortiórem domum : et tólleris ómnia sua per obliviónem dimísit ymáginem Dómini. Judéus autem quidam accépit in pensiónem domum illam : non videns ymáginem Dómini nostri Jesu Christi. Uno autem die vocávit hic Judéos ad prándium : et dum pránderent ex eis unus elevátis óculis vidit ymáginem talem. Qui ábiens ad príncipem sacerdótum : insinuávit Judéum habére domi ymáginem Dómini. Qui iráti Judéum extra synagógam ejécerunt : et spu-

érunt in ymáginem et percussérunt eam. Et quanta patres sui in Dóminum fécere : tanta et isti illi ymágini fecérunt.

1531-P:60v.

601361.

3. ℟. Mane autem facto príncipes

sacerdótum et senióres pópuli

turba quoque Judeórum.

†Prévio duco Judéo qui eis annunciáverat,

venérunt in domum illíus ubi erat

ymágo Dómini nostri Jesu Christi allelúya.

℣. Irati valde contra Hebréum qui

habitábat íbidem extra synagógam eum ejecérunt.
†Prévio duco. [℣.] Glória. †Prévio.

## ℭ *In ij. nocturno.*

1531-P:60v.

202347.

[4.] *Ant.* Illíus autem viri inde substántia

valde crevit : unde áliam domum in qua

habitáret quérere cepit. *Ps.* Magnus Dóminus. (*xlvij.*) [209].

1531-P:60v.

204042.

[5.] *Ant.* Quam cum acquisísset tulit omnem

substántiam suam a supradícta cella :

et univérsa sua solíus ymáginis

ímmemor omníno remánsit. *Ps.* Deus judícium. (*lxxj.*) [245].

1531-P:60v.

204324.

[6.] *Ant.* Rursus álius Judéus accépit in

pensiónem eándem domum ubi ymágo

Dómini nostri Jesu Christi relícta erat. *Ps.* Benedixísiti. (*lxxxiiij.*) [268].

℣. Adorámus te Christe et benedícimus tibi allelúya.
℟. Quia per crucem tuam redemísti mundum allelúya.

*Lectio quarta.*

PRecepérunt autem uni eórum percútere latus ymáginis Dómini nostri Jesu Christi : et statim inundávit sanguis et aqua. At illi, Glória tibi Christe : glória irreprehensíbilis. Tunc dixérunt príncipes sacerdótum et senióres, Accipiámus sánguinem ejus et aquam congregantésque omnes male habéntes de pópulo : dixérunt, Ungámus eos, et videámus si vera sunt dicta. Tu autem.

1531-P:60v.

600552.

4. ℟. Deponéntes autem sanctam

ymáginem Christi Judéi dixérunt,

Quóniam sicut audívimus patres nostri huic

olim illusérunt. †Quanta fecérunt ei :

et nos tanta faciámus.

℣. Tunc cepérunt expúere in fáciem ejus :

et percutiébant eam atque dicébant.

†Quanta fecérunt.

*Lectio quinta.*

TUnc obtulérunt ampúllam vítream ad locum vúlneris unde fluébat sanguis et aqua : et congregavérunt omnis infírmos et in primis paralýticum a nativitáte. Hunc unxérunt, et mox prosilívit sanus efféctus ex toto. Sic unxérunt cecos et vidérunt : et demoníacos et liberáti sunt. Tumúltus autem magnus per totam civitátem factus est : et mota est omnis turba Judeórum. Tu autem.

1531-P:60v.

601775.

5. ℟. Peráctis autem ómnibus que in passióne

Dómini nostri legúntur.

†Sicut láncea latus ejus aperuérunt :

et nos ita confodiámus.

℣. Et perforáto ymáginis Dómini nostri

Jesu Christi látere : contínuo coram

omni pópulo exívit sanguis et aqua.

†Sicut láncea.

*Lectio sexta.*

OMnes quidem príncipes sacerdótum et senióres totáque turba Judeórum puerórum et mulíerum credidérunt Dómino nostro Jesu Christo : clamántes, Glória tibi Christe : glória Fili Dei : tibi crédimus, esto propícius nobis et súscipe nos. Hec clamábant plorántes. Voces enim emittebántur : et mirabília complebántur. Príncipes autem sacerdótum ungébant : et omnes curabántur, et vivificáti efficiebántur. Tu autem.

1531-P:60v.

601888.

6. ℟. Príncipes vero dixérunt quia

per totam terram divulgáta sunt signa :

recipiámus sánguinem de látere ejus.

†Ut experiréntur virtútes Christi.

℣. Et supponéntes ampúllam vítream ad

locum vúlneris recepérunt sánguinem

et aquam de látere ejus.

†Ut experiréntur virtútes. [℣.] Glória Patri. †Ut experiréntur.

## ℂ *In tertio nocturno.*

1531-P:60v.

201228.

[7.] *Ant.* Die autem quadam invitávit ipse Judéus álium Judéum ad prándium qui élevans óculos vidit ymáginem Dómini. *Ps.* Cantáte *j.* (*xcv.*) [278].

1531-P:60v.

202635.

[8.] *Ant.* Invitátus póstea inquit : tu qui es [*61r.*] Judéus quómodo habes ymáginem crucifíxi ? et satisfécit ei ille qui invitáverat. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcvj.*) [278].

1531-P:61r.

204820.

[9.] *Ant.* Surgens autem ille cum indignatióne

ábiit ad príncipes sacerdótum intelligéntes

que facta essent dixérunt, potes nobis demonstráre.

*Ps.* Cantate *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Dícite in natiónibus.

℟. Quia Dóminus regnávit a ligno.

*Lectio. vij.*

POstquam curáti sunt omnes, statim cucúrrit multitúdo eórum ad epíscopum civitátis : et magnánime epíscopo demonstrántes et annunciántes que facta fúerant : súpplices omnes sancto baptismáte dignos esse precabántur. Quos suscípiens epíscopus simul cum clero illíus : omnes per multos dies baptizávit. Tu autem.

1531-P:61r.

7. ℟. Salva nos Salvátor mundi quos precióso

sánguine redemísti. †Et per signum

sancte crucis liberáre dignátus es ab inimicórum insídiis.

℣. Gregem tuum Dómine Pastor Bone placátus inténde :

et oves quas precióso sánguine Fílii tui

redemísti : dyabólica incursióne non sinas laceréri.

†Et per signum.

*Lectio viij.*

SYnagógam quidem eórum ecclésiam in honórem Salvatóris Dómini nostri Jesu Christi consecrávit. Céteras vero synagógas eórum in honóre ómnium mártyrum consecrávit. Et sic gáudium magnum factum est in civitáte illa : non solum pro corpóribus que curáta erant : sed quod tot ánime a mórtuis in vitam etérnam rediérunt. Tu autém Dómine.

1531-P:61r.

602458.

8. ℟. Vidéntes autem príncipes sacerdótum que

fiébant signa : cum muliéribus et

infántibus credéntes †Clamábant Deo Patri.

℣. Unus est Deus Pater : unus Jesus Christus

Fílius ejus : unus ab utróque procédens

Spíritus Sanctus.

†Clamabant Deo.

*Lectio nona.*

HEc ut sciátis charíssimi fratres accelerávi declaráre vobis, adjuvaméntum animárum vestrárum : et ut sciéntes in hoc virtútem Dei : ámplius confirmáti sitis in virtúte ejus : et gaudeátis de mirabílibus que facta

sunt. Date ei glóriam cum letícia in compunctióne cordis, gaudéntes et grátias agéntes majestáti ejus, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sécula seculórum. Amen.[23]

## [*In laudibus.*]

*Ad laudes et per horas antiphone sicut in primis vesperis, psalmi consueti.*

*Capitulum.* O altitúdo. [528].

1531-P:61r.

*Hymnus.* In passióne Dómini, Qua datur salus hómini :

Sit nostrum refrigérium, Et cordis desidérium.

2. Portémus in memória, Et penas et oppróbria :

Christi corónam spíneam, Crucem, clavos et lánceam.

3. Et plagas sacratíssimas, Omni laude digníssimas :

Acétum fel arúndinem, Mortis amaritúdinem.

4. Hec ómnia nos sátient, Et dúlciter inébrient :

Nos rélpeant virtútibus, Et gloriósis frúctibus.

5. Te Crucifíxum cólimus, Et toto corde póscimus :

Ut nos sanctórum cétibus, Conjúngas in celéstibus.

6. Laus honor Christo véndito, Et sine causa pródito :

Passo mortem pro pópulo, In áspero patíbulo. Amen.

℣. Per signum crucis.

℟. De inimícis [nostris líbera nos Deus noster].

*Ad.* Benedíctus.

1531-P:61r.

205185.

*Ant.* Vidéntes autem príncipes sacerdótum que

fiébant signa : cum muliéribus et infántibus Christum

clamábant esse Fílium Dei. *Ps.* Benedíctus. [56].

## ℂ *Ad iij.*

*Capitulum.* O altitúdo divitiárum. 1600.

1531-P:61r.[24]

Resp. VI.



HOc signum cru-cis. †E-rit in ce-lo. ℣. Cum Dómi-



nus ad ju-di-cándum vé-ne-rit. †E-rit. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et



Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto. Hoc signum.

℣. Adorámus te Christe et benedícimus tibi.
℟. Quia per crucem tuam redemísti mundum.

## ℭ *Ad vj.*

*Capitulum.* (*ad Rom. xj.* 34.)

QUis enim cognóvit sensum Dómini, aut quis consiliárius ejus fuit aut prior dedit illi et retríbuet ei ? [℟.] Deo gratias.

*Responsorium breve.*

1531-P:61r.[25]




℣. Dícite in natiónibus.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno.

## ℭ *Ad ix.*

*Capitulum.* (*ad Rom. xj.* 36.)

QUóniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt ómnia : ipsi glória in sécula seculórum amen. [℟.] Deo grátias.

1531-P:61r.[26]




℣. Per signum crucis. [553].

## In secundis vesperis.

*Antiphone et psalmi sicut in primis vesperis et capitulum et hymnus.* [527].
℣. Per signum crucis. [553].

*Ad* Magníficat. *antiphon.*

AS:304, 532; 1520-S:117r; 1531-P:18v; 61r.




4686.

*Ps.* Magnificat. 58*.

# [*In commemoratione sancte Etheldrede virginis non martyris Elyensis dyocesis.*[27]

*Oratio.*

DEus qui exímie castitátis privilégio sanctíssimam vírginem Etheldrédam multiplícitur decorásti : da nobis fámulis tuis : ut sicut ejus commemorátio nobíscum agítur in terris : ita per ejus intervéntum nostri memória apud te semper habeátur in celis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

*Cetera unius virginis non martyris.* [885].

*Lectio prima.*

IN preséntis vite et fluctuántis séculi naufrágio constitúti : ad tui portum presídii confugímus virgo piíssima atque celebérrima Etheldréda : ut tue circa nos pietátis sentiámus víscera, qui de tua júgiter gratulámur preséntia. Réspice ígitur pia mater et dómina : pio intúitu ad exíguum (sed devótum) nostri famulátus obséquium. Et quos premit humáne fragilitátis imménsitas : tue virginitátis (que sponso vírginum plácuit) rélevet ac susténtet veneránda sublímitas. Crédimus enim atque confídimus te ab eódem sponso tuo : qui spéciem tuam concupívit, quicquid petiéris impetráre : quam in thálamo regis etérni collocátam cum vírginum choris de palma virginitátis certum est exultáre.

*Lectio secunda.*

SUccúrre dómina, succúrre mater misericordíssima Etheldréda nostre misérie. Suffrágiis precum tuárum : scélerum nostrórum máculas abstérge. Tibíque famulántes tales éffice : ut tue integritáti pure váleant deservíre. Gregi tuo tue sollicitúdinis atque protectiónis semper assit custódia : ut sicut tui sacratíssimi córporis incorruptióne júgiter gaudémus atque preséntia : sic et de tua subventióne gaudeámus assídua. Prótege ítaque mater fílios : dómina servos, ut qui se tue memórie ac veneratióni profiténtur obnóxios : tue largitátis et pietátis benefícia se

gratuléntur adéptos.

*Lectio tertia.*

RESPICE benigníssima virgo Etheldréda ad nostras angústias quas nostris méritis sustinémus : et per tue sanctitátis mérita et intercessiónes, et iram júdicis placa quem offéndimus : et véniam impétra quam non merúimus.

Tuis précibus ad misericórdiam inclína justítiam distrícti (sed justi) exáminis : quia agni qui sponsus est vírginum vestígia quocúnque íerit virgo sequeris. Representa quésumus supérne cleméntie gémitus nostros [*82v.*] atque suspíria : ut divíne miseratiónis per te suscipiámus increménta. Quo tecum in etérnum gaudére mereámur : te peténte, illo largiénte qui te integritátis coronávit glória : per cuncta seculórum sécula amen.

*Cetera de communi unius virginis non martyris.* [885].]

ipſe nos meritis eius ſuffragãtibus/iu-
beat fieri in cõgregatione ſanctoꝛũ par-
ticipes/ vt non inueniat nos eiꝰ indigna-
tio: ſed eius immenſa pietas nos miſeri
coꝛditer pertrahat ad coꝛonã: qui viuit ꝛ
regnat in ſecula ſeculoꝛum amen. Tu
autem. Lect. de ſancta maria in tẽpoꝛe
paſchali. Lectio .j. Stabãt iuxta crucẽ.
Quere in loco ſuo in ebd. poſt octa. paſc.
¶ In cõmemoꝛatione ſancti thome can
tuarienſis archiepiſcopi. Lectio pꝛima.

Obmiente cum patribus ſuis
in ſenectute bona felicis me-
moꝛie theobaldo archiepiſco-
po thomas cãtuarienſis eccle
ſie archidiaconus in archiepiſcopũ ꝛ pꝛi
matẽ totius anglie/ in nomine ſancte tri
nitatis ſolenniter eligitur: et poſtmodũ
conſecratur. Inerat autẽ pijs mentibus
ſpes firma/ et fiducia in dño: quod idem
cõſecratus vteriuſꝙ hominis habitu mu
tato/ moꝛibꝰ melioꝛatus pꝛeſideret. Pꝛo
batiſſimũ ſiquidem tenebatur ſedẽ illã/
ſedem ſanctoꝛũ eſſe/ ſanctũ recipere vel
ſanctum facere/ vel citius et facile indi-
gnũ abicere quod ꝛ in beato thoma mar
tyꝛe pꝛobatum eſt. Tu autem. ℟. Stu-
dens liuoꝛ thome ſupplicio thome genus dãnat
exilio; Tota ſimul exit cognatio. Vſus. Oꝛdo
ſexus etas conditio nullo gaudet hic pꝛiuilegio.
Tota ſimul exit. Lectio ſecunda.

Electus igitur ſanctus dei ponti
fex ſacreꝙ vnctionis ſanctifica-
tione delibutus/ eueſtigio rem ſacra-
menti eſt adeptus: et multiplici ſpiritus
ſancti gratia repletus. Ambulãs in no-
uitate vite/ nouus homo mutatus eſt in
virum aliũ: cuius omnia in melius con-
uerſa ſunt. In tantaꝙ gratia ſacrauit
ſui pꝛeſulatus pꝛimoꝛdia: vt idutus ſed
clanculo monachali ſcemate/ monachi
adimpleret opus et meritũ. Tu autẽ. ℟.
Thomas manũ mittit ad foꝛtia ſpernit damna
ſpernit oppꝛobꝛia. Nulla thomã frangit iniuria.
Vſꝰ. Clamat cunctis thome conſtantia omne ſo-
lum eſt foꝛti patria. Nulla tho. Lectio tertia.

Et qui exemplo baptiſte cum con-
ſtantia/ iuſticie zelũ perfecte con-
ceperat in coꝛde. parificari quoꝙ ei ſtu-
duit in veſte penitentie. Reiecta namꝙ


ſyndone qua hactenus dum mollia re-
gum blandiretur vti conſueuerat: cili-
cio aſperrimo ſuper nudũ veſtiebatur.
Addidit etiam femoꝛalia cilicina/ vt ar-
tius carnem moꝛtificaret/ et ſpiritũ vi-
uificaret. Hec autẽ ſicut et alia ſpiritua-
lis vite exercitia/ ſuperindutus alijs ve-
ſtibus paucis admodũ conſcijs/ oculis ꝛ
noticie hominũ eximebat: qꝛ non ab ho-
mine/ ſed a deo gloꝛiam querebat. Obijt
quoꝙ ſanctus thomas verus dei cultoꝛ
a ſeculo migrãs celo natus/ quarto ka-
lendas ianuarij. anno dñi milleſimo cen
teſimo ſeptuageſimo pꝛimo. Anno vero
etatis ſue quinquageſimo: ad laudem et
gloꝛiã dei: cui eſt honoꝛ et gloꝛia/ per in-
finita ſecula ſeculoꝛũ amen. ℟. Iacet
granũ oppꝛeſſum palea/ iuſtus ceſus pꝛauoꝛum
framea. Celum domo commutans lutea. Vſus.
Cadit cuſtos vitis in vinea dux in caſtris cultoꝛ
in area. Celum. Gloꝛia. Celũ. ¶ In laudibus
vna tantũ ãn. Cetera omnia vt in feſto.

¶ Trãſlatio ſancti cedde non
Sarum ſemper celebꝛatur in
dominica pꝛoxima ante feſtũ
aſcenſionis dñi: et fiat ſerui-
tium hoc modo. Ad pꝛimas ve
ſpe. ãn. Germanoꝛum. ps. fer. Ca
pitulum. Ecce ſacerdos. ℟m. O paſtoꝛ.
abſꝙ pꝛoſa. Hymnus. Iſte confeſſoꝛ.
Vſus. Triſticiã veſtra. ãn. His pꝛo nobis. ps.
Magnificat. folio. xliij. Oꝛatio.

Deus qui nobis tranſlatonẽ bea-
ti cedde confeſſoꝛis tui atꝙ pon-
tificis celebꝛare concedis/ te ſupplices
exoꝛamus: vt eius meritis et pꝛecibus/
a vicijs ad virtutes/ et a carcere tranſfe
ramur ad regnum. Per dominũ noſtrũ.
¶ Hec, de ſancto ſi habeatur ſub ſilen-
tio: niſi duplex feſtum fuerit. deinde de
dominica. Ad matu. Inuit. In qua viget.
Deinde dicuntur tres afie. cum tribus
pſalmis pꝛimi nocturni. Lectio pꝛima.
¶ Euangeliũ ſecundũ Johannem. xv.
In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis Johã. 15
ſuis. Ego ſum vitis vera: et pater
meus agricola eſt. Et reliqua. Sermo
ex cõmentario beati auguſtini epiſcopi.
Iſte locus euangelicus fratres vbi ſe Auguſti.
dicit dñs vitem/ et diſcipulos ſuos pal- epiſcopi.

## Notes, pages [519]-[558].

[1] This office is for the votive commemoration of S. Thomas, as indicated in the pica. 'La rubrique qui assigne cet office au mardi est une addition postérieure, mais on sait que ce jour a été consacré à saint Thomas d'une façon toute spéciale.' Paléographie Musicale XII (Worcester F.160):52.
[2] PEN:21r. has no flat. Port-1556-C:82v. has 'Adest Thome'.
[3] Port-1556-C:82v.
[4] The flats at 'supplício' and 'simul' are editorial. The first flat at 'cognácio' is editorial.
[5] Port-1556-C:82v.
[6] In the ℣. SB:ccl. has 'Thomas'; 1531:39v. has 'Thome'.
[7] Port-1556-C:82v.
[8] 1531:40r. has 'assúmpte' for 'assúmpsit' and appears to have 'donátum' for 'donátus'. SP:16r. has 'rósea' for 'rúbea' and 'Martir in te' for 'Martir vite'.
[9] Port-1556-C:82v. No suitable 'Allelúya' melody for responsories appears in the Sarum sources. This one has been borrowed from Holger Peter Sandhofe, 'Communia Sanctorum et Sanctarum' (pdf) [O.P.]: [150], referencing 'PT3161'. (The Responsory 'Regnum mundi', *Processional*:399. includes an 'Alleluya', but this appears to derive motivically from that responsory, and is not suitable for general use.)
[10] '*Cetera prout in festo ejusdem natalis Domini, et translationis ejusdem sunt notata preter antiphonam.*', Port-1556-C:83r.
[11] 'Adest', Port. Port.-1556-C:83r.
[12] Port.-1556-C:83r.
[13] Portiforium 1555-P:81r. and Portiforium 1507-P:87r. omit 'non Sarum'.
[14] '*lectiones cum regimine chori non Sarum sed syno.*' Sarum Portiforium 1555:Kalendar.
[15] No prose appears in Sarum sources for this responsory.
[16] This may be the same as pen0345 (Saint Leonard).
[17] [In Joannis Evangelium, Tract. LXXX. *Op.* III. 2288, ed. Para, 1838.] SB-P:317.
[18] No prose appears in Sarum sources for this responsory.
[19] Thus far no Sarum source for the music of this feast has been found. Music has been supplied from non-Sarum sources.
[20] The F-Pn lat. 12044 source (St. Maur-des-Fosses, early 12th c.) is for S. Maure; the F-Pn lat. 15181 source (Notre Dame Cathedral, Paris, ca. 1300) is for Saints Nicholas and Marcellus.
[21] The WOR source is an antiphon for S. Cuthbert, based on cao4717 which is most commonly used for S. Nicholas.
[22] 'Passio sancte et gloriose Imaginis Domini Salvatoris, 9 Nov. in Syria, civitate Beritho.' [SB-S: Index: xxxii.] There is no indication (so far) in the Sarum documents of a fixed day for this feast. The *Martyrologium Romanum*. (1584) gives for November 9: 'Beryti in Syria commemoraio imaginis Salvatoris, quae a Judaeis crucifixa, tam copiosum emisit sanguinem, ut Orientales & Occidentales ecclesiae ex eo ubertim acceperint.' 'At Beirut in Syria, the commemoration of the image of the Saviour which, being nailed to a cross by some Jews, poured forth blood so abundantly that the

Churches of the East and West both received an ample share of it.' A musical reconstruction appears in the Appendix. This feast, when observed, would probably have been considered a Minor Double, like the feasts of the Invention and Exaltation of the Cross.

[23] No ninth responsory appears here. The final ℟. from the feast of the Invention of the Cross or of the Exaltation of the Holy Cross could be used. The Aberdeen Breviary indicates the Responsory *Cogitántes filii ímpii*, a Responsory that does not appear in CANTUS.

[24] The music is conjectural, based on the ferial tone.

[25] The music is conjectural, based on the ferial tone.

[26] The music is conjectural, based on the ferial tone.

[27] Portiforium 1555-P:82r; Portiforium 1507-P:87r.